



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confitendi Ratio Doctoris Martini Lvtheri Avgvstiniani
Vvittenbergensis**

Luther, Martin

Vvittenberg[a]e, 1520

VD16 L 4238

Primvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33377

CONFITENDI RATIO DOCT.
MARTINI LVTHERI AV/
GVSTINIANI.

¶ PRIMVM.

¶ Quando nostro sæculo, omniũ ferme cõscientiæ sunt, in falsam suæ iustitiæ & operũ suorũ fiduciam, hũanis doctri-
nis abductæ, fereq; eruditio fidei & in deũ fiduciæ, obmutuerit. Idcirco & confessuro necessariũ est ante omnia, vt non fidu-
cia confessionis vel faciendæ vel factæ nitatur. Sed in solius dei clementissimam promissionẽ, tota fidei plenitudine cõfidat, certissimus videlicet, q; qui cõfessuro peccata sua promisit veniam, promissionem suam, fidelissime præstabit. Non em̃ quia nos confitemur, sed quia ipse promisit veniam cõfitentibus, gloriandũ est, hoc est, non propter nostræ confessionis dignitatem aut sufficientiam (cũ talis nulla sit) sed propter suæ promissionis veritatem & certitudinẽ. Sicut dicit, ps. xxiii. Propter nomen tuum domine propiciaberis peccato meo. Non ait propter me, aut meam dignitatem, aut nomen meũ, sed propter nomen tuũ &c. Ita sane, vt opus cõfessionis, nihil aliud sit, q; occasio quædam, qua deus prouocetur ad promissionẽ suam implendam, imo qua nos exerceamur, ad fidem promissionis, sine dubio adipiscendæ, vt sic non nobis domine, sed nomini tuo des gloriam, & læteris, non cũ benefecerimus tibi, sed cũ benefeceris tu nobis, vt per Ezechielem dicitis. Hac ratione fiet, vt qui gloriatur in dño gloriatur, & nõ seipsum cõmendet, sed gratiã dei glorificet. Et erit, vt sit confessio & magnificentia opus dei. ps. c. x.

¶ SECVNDVM.

¶ Quæ autem deus (ad gloriam scz gratiæ & misericordiæ suæ) veniam promiserit, ex scripturis firmandũ est. Primũ ps. xxxi. Dixi cõfitebor aduersum me iniustitiam meam dño. Et tu remisisti impietatem peccati mei. Et illud. ij. Reg. x. ij. Vnde hic psalmus desumptus est, q; primũ David dixit. Peccati dño, statim dixit Natan, Dominus quoq; transiit peccati

A ij

primm

no

Quare confessio m...